REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI, ET DO. DO. GVLIELMO EPISCOPO MACHONIENSI PRAENESTINO, ET ARCHIEPISCOPO NARBONENSI.

Sanctæque Romanæ Eccleſiæ Cardinali digniſsimo,

PHILIPPVS DECIVS MEDIOLAN. V. I. D. S.

NON Parum ornamenti magni nominis titulus clariſsimorum virorum laboribus afferre ſolet, ſub cuius tutela conſtituti, veluti munitiſsima arce protecti, validiſsimoque præſidio muniti, oblatrantiũ, & inuidentium morſus nihil pendunt. Dum tamen eſſem in Italia, ſuperuacuum duxi, extraneũ fauorem ratione aliqua ſcriptis meis occupari. Tantũ enim illis per triginta annos in celeberrimis gymnaſijs profitẽdo authoritatis parauerã, vt nullo ſummorum patrocinio indigere viderentur. Verum quum nunc in Gallia hic Lugduni ſimus, quo poſt rerum mearum omnimodam iacturam non ſine maximo vitæ diſcrimine confugere compulſus ſum: non ſolùm, & criminis ſuſpicione vacuus: veritus, nẽ quæ in authorẽ tam acriter fortuna ſæuierit, in libros quoque meos ſæuire non deſinat: quod hactenus à me factum non fuit, operæ pretium duxi, Conſilia mea, quæ nunc in maiori numero impreſſoribus cuduntur, Amplitudini tuæ, quæ extra omnẽ fortunæ aleam poſita eſt, dedicare: quum ex longa rerũ experientia, dum & propria negotia tractas, & totius Galliarum regni adminiſtrationẽ ſub Carolo rege feliciſsimè gubernas, ad id prouectus ſis, vt quod veteres bicipiti Iano tribuerunt, ſuperare videaris. Quoniam non præteritorum tantùm reminiſceris, & futura præuides, vt illi attributum fuerat, verùm, & præſentia preſtãti quodam animi acuminè exactiſsimè diſcutis: quod & ſi ſuperioribus temporibus in omnibus ferè vitæ operibus dignoſci potuit: nunc tamen in cauſarũ coram te verſantium diſcuſsione lucidiſsimè patet. Tanta eſt enim ingenij tui ſolertia: vt non quid dicant homines tantùm, ſed & quid cogitent, percipias: tam preſens, & acutum eſt iudicium, vt non ſolùm quid ſit ex iure cognoſcere, ſed ipſa iura ſi interierint, denuò tanquam Solon alter, vel Licurgus condere valeas. Hos igitur Conſiliorũ meorum libellos, Reuerendiſsime pater, & domine obſeruandiſsime, ea fronte ſuſcipias, precor, qua mæſtum, & ſubtriſtem Decium hilarem reddere ſolitus es: ea tamen cõditione vt fauoris tui ab authore nihil decedat: Denam potius valeant ſcripta ipſa per ſe ſatis gratiæ adeptura. Tu verò Decium tuum egenum, inopem, à patria eiectum, fortunis omnibus abſque eius culpa ſpoliatum, cui præter ſpem (vnicum miſerorum ſolatium) reliquum eſt nihil, ea animi tui benignitate, & liberalitate, qua conſueuiſti, ſolare, ne a ſpe quoque deſtitutus, quam vniuerſam in maieſtate regia, & dominatione tua, & reuerẽdiſsima collocauit: grauius aliquid de ſeipſo conſulere cogatur. Vale fœliciter.

CONSILIA OMNIA IVRISQVE RESPONSA FAMOSISS. ET ACVTIS. IVRISCON. D. PHILIPPI DECII, SIVE DE DEXIO MEDIOLANENSIS.

Nunc primum magno ſtudio laboreque impenſo recognita, emendata, & aucta, reſtitutis his, quæ in nouiſsimis editionibus deficiebant.

Cum Epitomis & Annotationibus Analyticis Doctiſsimorum uirorum, omnibus iuris ſtudioſis tàm in prætorijs, quàm in ſcholis verſantibus utiliſsimis.

EPITOME. Conſil. I.

An, & quando filius intret locum patris, & de intellectu gl. in l. cùm ita. §. in fideicommiſſo. de leg. 2.

SVMMARIVM.

1 *Legatum familiæ factum intelligitur gradatim ſecundum ordinem ſuccedendi.* 13.
2 *Teſtatori ſuccedit non per fideicommiſſum.* 3.
Filius quando ſubintret locum patris in ſucceſſione collaterali. 4. 3. 6. 11. 12.
5 *Dictio omninò habet præciſam naturam.*
5 *Verba geminata demonſtratiuè exprimunt an, & præciſam mentem.*
6 *Teſtator grauans filium fideicommiſſo, intelligitur, niſi filius deceſſerit cum filijs.*

Diuino implorato præſidio. Memini me aliàs conſuluiſſe[a] quòd bona quędam quæ iure fideicommiſſi locanda erant Berto, filijs, & deſcendentibus eius ordine ſucceſſiuo, & ſalua graduum prærogatiua, prout in teſtamento Franciſci de Manucijs teſtatoris continetur, debuiſſe locari Vagiæ filiæ olim Berti, vt proximiori, excluſa & poſt habita Lyſa nepte d. Berti ex filio eius tanquam in gradu magis remota. Hoc conſilium meum reuocabatur in dubium: & in cauſa appellationis reſponſum fuit per alium dominum conſultorem, quod omnino prædicta Lyſa deberet concurrere in tali locatione cum dicta Vagia: quia perſona patris in eodẽ gradu eſſe reputatur. Non eſt nouū, quòd doctores diſſentiant, quia vt Comicus ait: Quot capita, tot ſententiæ ſunt. Sed tamen inter iuris profeſſores ſolitæ modeſtiæ fuiſſet, priuſquàm conſilium dictum contegeretur, mihi aliquid ſignificare. Quod cùm factum non fuerit, cogor naturali ſimul defenſione, & non iniuria, rationes ſcribere, quibus me pro ueritate, & iuſtitia reſpondiſſe infrà liquidò apparebit, & dominum conſultorem, qui uoluit me corrigere, ambulaſſe in tenebris. Et verificabitur, quod dicit iuriſconſultus in l. 1. in prin. ff. de appell. quòd quandoque iudex appellationis ſententiam bene latam in peius reformet. Vis tota in hoc breuiter conſiſtit. An dicta Lyſa in caſu iſto in locum patris ſurrogetur. Et ſuprà per dominum conſultorem in cauſa appellationis reſponſum fuit, quòd ſicquia ſicut ſi ageretur de hæreditate Berti, Lyſa intraret locum patris, & ſimul cum Vagia admitteretur, ut eſt caſus in §. cum filius, inſtit. de hære. quæ ab inteſta. defe. pariter uidetur dicendum in iſto legato. Nec obſtat, quòd deſcendentes Berti uocati ſunt ſecundum graduum prærogatiuam: quia iſta uerba intelliguntur, quòd deſcendentes Berti admittantur ad hoc legatum eo modo, & ordine, quo admitterentur ad Berti ſucceſſionem ab inteſtato: ut uidetur text. in ſimili in l. ſi ſic, in ver. gradatim. C.
1 de verbo ſignif. ubi legatum[†] factum familiæ gradatim relictū, intelligitur, id eſt ſecundum ordinem ſuccedendi: ut qui primo uocatur ab inteſtato, prius uocetur ad tale legatum, ut ibi declarat Pau. de Caſt. Et ideo cùm in caſu noſtro Lyſa ex perſona patris ad hæreditatem dicti Berti ab inteſtato uocetur ſimul cum dicta Vagia. d. §. cum filius, pariter etiam uidetur, quòd ad illud legatum utraque ſimul admittatur. Et iſta concluſio ſpecialiter probari uidetur, in l. cum ita. §. in fideicommiſſo, cum gl. in ver. proxi. de leg. 2. ubi dicitur, quòd in fideicōmiſſo relicto familiæ, uel illis, qui ſunt de agnatione, uocatus primò intelligitur, qui erat in proximo gradu. Et proximus exponitur, id eſt in priori gradu. l. proximus. ff. de uerb. ſig. l. 2. §. proximum. ff. de ſuis & legi. Et tamen gl. relata ad tex. in d. §. in fideicomm. in ver. proxi. uidetur uelle, quòd quamuis illo caſu proximior uocetur, tamen filij fratrum tali caſu cum patruis ſimul admitterentur, ſecundum illud, quod habetur in auth. ceſſante. C. de legi. hære. Et licèt Bald. in d. §. in fideicomm. prædictam glo. impugnare uideatur, tamen illam defendit, & approbat ibi late Imo. uidetur ſentire Alexā. in conſi. 88. Quod concurrere debeant lib. 1. ubi per illam gl. concludit, quod licèt à ſtatuto uocentur ad ſucceſſionem proximiores in gradu, tamen admittitur filius fratris cum patruo: quia reputantur eſſe in eodem gradu, ex eo quod filius intrat in locum patris. Et idem tradit Alex. in conſi. 137. Præclarè. eod. lib. 1. ubi repetit omnia, quæ late dicit in cōſi. 19. ſupra alle. & idem Alex. conſi. 26. Videretur. col. pen. lib. 5. Sic ergo in propoſito uidebatur concludendum: quòd cum deſcendentes Berti uocati ſunt ſecundum gradus prærogatiuam, quòd tamen Lyſa ſimul cum
2 Vagia eius amita ex perſona patris admittatur.[†] Sed his non obſtantibus, ut uerius, & rectè conſideranti contrarium de iure procedere eſſe arbitror: uidelicet, quòd Vagia ſola in tali locatione admittatur, prout aliàs conſului, cùm ipſa ſit filia Berti, & ſic in primo gradu. l. iuriſconſultus. §. primo gradu. ff. de grad. Lyſa uerò eſt neptis, & ſic in ſecundo gradu, prout in conſil. habetur. Non obſt. allegata ſuprà in contrarium: quia in caſu iſto nullo modo dici poteſt, quòd Lyſa in locum patris, ſiue graduum ſurrogetur. Ad cuius rei euidentiorem demonſtrationem ſciendum eſt: quòd
b deſcendentes Berti, qui ad illud fideicommiſſum uocati ſunt, nō habent hoc à Berto,[b] ſed illud conſequuntur ab ipſo teſtatore, à quo

ADDITIONES.

a ¶ Conſuluiſſe.] Illud primum conſilium Decij non eſt impreſſum, & ſecundum illud fuit iudicatum in prima inſtantia. Sed in prima cauſa appellationis, alter contrarium conſuluit, & iudicatum pro nepote. Poſtremo in ſecunda appellatione Decius ſecundo conſuluit, ut hic, & uicit in Rota curiæ Romanæ, ut ipſe refert infrà conſi. 448. in fi. & in l. fin. col. 2. C. de ſuc. edicto [illegible].

b ¶ Berto.] Et ſic Decius fundatur in duabus rationibus, prima hic: quia ſucceditur teſtatori, & ſic in caſu Lyſa uult uenire ad ſucceſſionē patrui [illegible], quod non poteſt iure communi. & ſic nec ex uerbis teſtamenti, nec [illegible] prærogatiua [illegible] uocatur, ſed excluditur. Secūda infrà nu. 3. & 10. quia teſtator dixit, ſalua gradus prærogatiua, & ſic uerbis expreſsis proximiores uocantur [illegible] de uerbis intelligantur [illegible], nec recipiunt interpretationem legis. Ad utrunque ſimul reſpondeo, quòd conſtat teſtatorem habuiſſe reſpectum non ad modum ſuccedendi ſibi, ſed ad modum ſuccedendi Berto. Quia primò ſolum Bertum uocauit, & poſt eum deſcendentes illius ſecundum gradus prærogatiuam, quod intelligitur de gradu qui attinet Berto aſcendenti [illegible] gradum, & prærogatiua gradus. Et ſic prout deſcendentes etiam pronepotes in infinitum [illegible] [illegible]. Ea eſt enim [illegible] deſcendens Berti, ad quam teſtator reſpectū habuit. Et tamen in dubio cenſetur referre diſpoſitionem ſuam ad inſtar iuris communis. & ſic ex [illegible] rationibus Decij, quas colligit num. 11. duæ primæ tendunt in unam, duæ ſequentes in [illegible] rum. Quinta uerò, quæ eſt [illegible], quam addit nu. 12. facit contra Decium, quia ſi Petrus ſuperuixiſſet Berto, portionem ſuam [illegible] tranſmiſiſſet ad Lyſam filiam ſuam. Et ſic tanto deterius conſuluit Dec. Sexta uero & ultima ratio, quæ ut tempore quarta eſt, quam addit nu. 13. adhuc magis arguit Decium de iniquitate, quia ſi Petrus ſuperuixiſſet, & ſic eſſet in [illegible] habuiſſet, eo mortuo non debet locus aperiri [illegible] Vagiæ ſorori ſuæ, ſed Vagiæ & alijs deſcendentibus. Et ſic Lyſa ſemper æqualiter concurrere[illegible] tur. In [illegible] primum conſuluit Decius, & peius hic confirmauit, & Rota ma-

partis bonorum non poſſit conueniri, quia in caſu iſto in effectu ſunt heredes æqualiter, ut ſupra dixi, merito poſſunt conueniri, ut ſupra dixi. Secundo non obſt. quod ſupra dixi de verbis illis, deducto ære alieno, quia ſupra reſponſum fuit diſtinguendo, ut contrarietas remoueatur, & ſi remoueri non poſſet, attenderetur diſpoſitio facta in codicillis, quia vltima derogant primis. l. ſi mihi, & tibi §. in legatis. de leg. j. in l. uxor petitus §. fi. ff. de teſta. tut. facit tex. in l. pacta nouiſſima. C. de pact. Poſtremò conſiderandum eſt, quod etiam ſi intentio teſtatoris in teſtamento fuiſſet, quod ſolus Albertus heres fuiſſet, & quod ipſe ſolus deberet conueniri, hoc fuiſſet in perniciem creditorum, quia cum ipſe Albertus ſit clericus, & perſona priuilegiata, creditores maiorem haberent difficultatem in exigendo, & ſic in fraudem creditorum hoc excogitatum fuit, vt ſatis colligitur ex ipſo teſtamento ubi heres tantum fuit in partem, quæ reſtabat, & nõ haberet maiorem vtilitatem in effectu, quàm alii haberent, & tamen ſolus tenebatur reſpondere creditoribus, quod non videtur facta alia ratione, niſi in fraudẽ creditorum, quia alia ratio excogitari non poteſt, iuxta gloſſ. in l. quamuis. C. de fideic. ubi Bal. & no. Abb. in c. ſuggeſtum. de app. cum ſim. ut dixi ibi. & hoc declaratum fuit in codicillis, ubi voluit omnes filios eſſe æquales, & fraus ex coniecturis probatur. c. 2. de renun. in 6. & no. in l. apud Celſum. in princip. ff. de excep. doli. & fraus alicui prodeſſe non debet. c. ex tenore de reſcript. unde concludẽdum videtur, quod indubitanter iſti omnes æqualiter conueniri debent, uel ex eo, quod omnes æqualiter inſtituti ſunt, uel ex eo, quod inſtitutio facta in teſtamento de ſolo Alberto facta fuerit in fraudem creditorum ut ſuprà concluſum fuit. Phil. Dec. Piſis.

EPITOME Conſi. CCCXXXVII.

Legitimatio ſurreptitiè, aut abſque patris conſenſu impetrata, aut ſolennitatibus de iure requiſitis omiſſis, etiam pluries facta non valet. Adeo quod venientibus ab inteſtato nõ nocet, quin ipſi ſuccedant dicto legitimato excluſo.

SVMMARIVM.

1 *Cognoſcens carnaliter monialem tria delicta committit, uidelicet inceſtũ, adulterium, & ſacrilegium.*

2 *Citandi non ſunt coniuncti, quando pater facit legitimare filium.*

3 *Diſpenſatio propriè dicitur, non legitimatio, quando legitimatur aliquis natus ex illis perſonis, inter quas matrimonium non poterat eſſe.*

4 *Legitimatus ſine præiudicio venientium ab inteſtato operatur, ut legitimatus non poſſit ſuccedere ab inteſtato, ſed ex teſtamento.*

5 *Legitimatio de filio nato ex illis perſonis, inter quas non poterat eſſe matrimonium, eſt ſtrictè interpretanda.*

6 *Verba generalia non comprehendunt odioſa.*

7 *Legitimatio continere debet qualitatem legitimati, an ſit naturalis, ſpurius, uel inceſtuoſus.*

8 *Legitimari quis pluries poteſt.*

9 *Legitimatio facta ſine conſenſu patris eſt nulla.*

IN caſu propoſito, qui in ciuitate Ceſenæ occurrit, videndũ eſt de uirtute primæ, & ſecundæ legitimationis, quia de iure cõmuni venientes ab inteſtato fundatam habent intentionem quia ſpurius ſuccedere non põt auth. ex complexu. C. de inceſt. nup. in auth. licet. in ſi. C. de nat. lib. not. Bar. in l. ſi. ff. de his, quib. ut ind. & maximè, quia iſte filius natus eſt ex moniali, quo caſu
1 grauiſſimum eſt delictum, † nam tria delicta committit cognoſcens carnaliter monialem, inceſtum, adulterium, & ſacrilegium, ut not. per gloſſ. 27. q. 2. in c. virginibus & Abb. in c. monaſteria. de ui. & ho. cler. tota ergo vis conſiſtit in perſcrutãdo uirtutem, & effectum vtriuſque legitimationis. Circa primam videbatur primo motiui dicendum, quod dictus ſer Chriſtophorus ſit habilitatus ad ſuccedendum, quia poteſtas legitimandi per reſcriptum competit etiam Comitibus Palatinis, quibus à ſummo Pontifice, uel Imperatore hoc conceditur, not. Bald. in l. reſcripta. C. de preci. imp. offe. in l. 2. in fi. C. de fer. & aqua. & Paul. de Caſt. in cõſ. 227. Super primo dubio. Alex. in conſ. 187. Videtur prima conſideratione lib. 5. & cum in caſu iſto data fuerit poteſtas legitimãdi dño Vrbano Vigerio à ſummo Pontifice in plena forma cum quibuſcunque ſpuriis, iſte habilitatus videtur, & verba iſta generalia ſufficiunt, dato, quod ſpecialiter non ſit expreſſum illum natum fuiſſe ex monacha ut ſpecialiter not. Bald. in l. ſi qua illuſtris. C. ad Orfi. verſ. item not. ubi inquit, quod quando Imperator legitimat ſpurium, ſufficit exprimere in genere, quod ſit illegitimè natus, nec oportet deſcendere ad ſpeciem, puta quod ſit natus ex monacha, uel inceſtu, & cum talis legitimatio facta ſit ad petitionem patris ſer Antonij efficacior redditur, ut not. Bart. in
2 l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth. ubi concludit, † quod tali caſu coniuncti non debent citari, quia hoc principaliter tangit patrem, qui poteſt, quomodo velit, de bonis ſuis diſponere, & not. Bal. in l. fi. C. qui. res iud. non noc. cum ſi. ut tradit Alex. in conſ. 138. Perſpectis verbis. lib. 5. & Cu. in conſil. 93. Suppoſito tenore. in 2. dub. & tali caſu in legitimatione cauſa non requiritur, etiam in inferioribus à principe ut no. Alex. dicit in conſ. 138. ſuprà proxi. alleg. lib. 5. ver. non obſtat ſeptimum arg. Sed prædictis non obſtantibus ulterius cogitanti contrarium de iure dicẽdum videtur, videlicet quod prædicta legitimatio non valeat. & pro fundamento conſiderandum eſt, quod fuit facta abſque tamen præiudicio eorum, qui in bonis prædictis ab inteſtato ſuccedere haberent. & in tali legitimatione concurrit duplex defectus: quia natus fuit ex adulterio, quia ſer Antonius pater erat vxoratus, & ex ſacrilegio, quia mater erat monialis: & ex his infertur,
3 † quod iſta non fuit legitimatio, ſed quædam diſpenſatio: quia cum inter illos matrimonium eſſe non potuiſſet, iſta propriè dicitur diſpenſatio, & non legitimatio, ut concludit Paul. de Caſt. in conſ. 219. Super puncto iſto. verſ. item certum eſt, ubi refert Collegium Bononienſe ita conſuluiſſe, & quod idem conſuluerunt Bal. & Pet. frater eius, ut latius refert Fran. de Curt. in conſ. 73. Super memorata. in verſ. veniamus ad quartam dubitationem. & hoc idem probatur ex eo, quod modificata fuit legitimatio abſque præiudicio venientium ab inteſtato, ut ſuprà dixi: quo caſu non dicitur propriè legitimatio, ſed diſpenſatio, ut not. tradit Bald. in conſ. incip. Verba autem iſta, prout refert, & ſequitur Cor. in conſ. 93. Primo aſpectu videtur dicendum. in 2. libr. & ſic duplici fundamento patet iſtam non eſſe propriè legitimationẽ, ſed diſpenſationem. Et ex hoc infertur, quod talis diſpenſatio dicitur odioſa, licet legitimatio fauorabilis ſit, ut cõcludit Petr. de Anc. in conſ. 242. Ex tenore priuilegij, in princ. & in conſil. 428. Circa primum quæſitum in prin. Pau. de Caſt. in conſ. 219 ſuprà alleg. & Cor. in d. conſ. 93. lib. 2. His præmiſſis prædicta legitimatio principaliter duplici ex capite non videtur venientibus ab inteſtato præiudicare: primo quia fuit expreſsè limitata abſque præiudicio venientium ab inteſtato quo caſu non videtur dubitandũ, quod talis legitimatio illis non nocet, ut in terminis concludit Petr. de Anch. in conſ. 242. Ex tenore priuilegij. & idẽ voluit Bal. in conſ. ſuprà alleg. incip. Verba autem iſta, quod reperitur inter conſilia Ang. in conſ. 265. & idem Paul. de Caſt. voluit conſ. 225. Viden-
4 dum eſt primò. verſ. quartò videndum eſt. † dum inquit, quod talis clauſula operatur, ut ab inteſtato legitimatus non poſſit ſucce-
a dere, ſed ex teſtamento videtur habilitari: a & iſta videtur * com-
* munis opinio, ut latius proſequitur Soc. in conſ. 95. Nulli dubium eſt in fin. li. & Per. Philip. de Corneo in conſ. 5. do. Bal. ſer. col. li. 3. & Fran. de Cur. in cõſ. 73. Super memorata. & cum ſuprà dictis etiam concordat Bal. in conſ. 173. Caſus quæſtionis. in fi. lib. 1. & Bened. Capra conſ. 157. & ſi de pluribus. in fin. & licet talis clauſula poſſit cauillari, ut per Pet. de Anch. in conſil. 152. Pro fratribus defuncti. Ang. in conſ. 264. Viſo puncto. nobis ſufficit iſtam eſſe communem opinio. ut patet, & demonſtratur in locis præalleg. & propter hoc puto, quod voluit pars aduerſa ſecundam legitimationem impetrare, quæ etiam non valuit, ut infrà dicam.
5 † Secundò principaliter prædicta legitimatio non videtur obſtare venientibus ab inteſtato, quia fuit nulla: nam cum dicatur diſpenſatio, dicitur odioſa, ut ſuprà dixi, & ideo debet ſtrictè interpretari, ut in l. cum quidam. de liber. & poſthu. in regula, odia de reg. iur. in 6. c. 1. & 2. de fi. presby. in 6. & cũ non fuerit expreſſum quod eſſet procreatus ab vxorato & monacha, talis diſpenſatio videtur ſubreptitia ex eo, quod Old. ſcribit in conſ. 247. Factum tale eſt, quidam tex. in verſ. ad ſecundum. ubi concludit non valere legitimationem, in qua quis ſuit legitimatus, & ſimpliciter dictum fuit, quod erat natus ex adulterio, & quia erat adulterium duplicatum ex parte patris, qui habebat vxorem, & ex parte matris, quæ habebat maritum, & quia iſta qualitas, quæ aggrauauit caſum, non fuit expreſſa, decidit nullam legitimationem fuiſſe. & ſequitur Ro. in conſ. 331. In præſenti conſultatione verſ. quarto probatur. & à fortiori hoc videtur habere locum in caſu iſto, in quo erat duplicatum adulterium, iuxta gloſ. in d. c. uirginibus. 27. q. 2. & cũ qualitate inceſtus, & ſacrilegij, ut no. in gl. præalleg. dicitur & iſtæ qualitates expreſſæ non fuerunt, quæ magis odioſæ videntur, & hoc in terminis not. Bald. in l. cum quam. in verſ. ſed pone,

ADDITIO.

a ¶ Habilitari.] Vide Iaſ. conſ. 20. lib. 1. Car. Rui. conſ. 72. conſ. 79. conſ. 80. lib. 4. Pau. l. Gallus. §. & quid ſi tantum, & ibi Franc. Aret. in l. Gallus. de lib. & poſth. Philip. Cor. conſ. 93. lib. 1. Lancel. Gal. au. tex. 45. & quid ſi tantum nu. 18. Hiero. Grat. conſ. 63. conſ. 65. lib. 1. Super teſtamento ipſius Alex. de Imol. dixi in conſ. meo. Pari. 144.